

qui munere flexibilium funium funguntur, cum articuli praestent ea quae trochleae; soliditas ossium inflexibilium, quae loco validorum vectium atque firmamentorum et fulcrorum corpori adsunt; figura etiam ipsa structurae, quae et corpus totum, et viscera ac vasa concinne format et reliquae ejus vires, quales sunt attractio et gravitas, et aliae quae insitae ei sunt et innatae, et ad motum intentum spectant.

§. 6. Structura igitur et sensatio corporis (§. 4.) ambae quidem impetum motui ejus simul praebent, illa quidem ut fundamentum (§. 5.), haec vero uti potentia (§. 4.), sic autem ipse ab utrisque dependet, ut existentiam suam et habitum, ut bene vel male se habeat, ab illis petat (o), integer enim ipse est, cum illae intègre se habent; illis autem laesis, statim laeditur; prorsusque perit, cum illae perierunt; ut frequens experientia clare ea demonstrat. Hae igitur sunt principia praecipua

magis

---

(o) id. ib. §. 409.